

coniungatur basi, qualitas sive difformitas terminatur utrinque ad gradum. Et quoniam talis linea non potest coniungi basi in utroque extremo, quia ipsa est recta et basis recta et sic esset linea una, inde patet quod non potest esse aliqua qualitas uniformiter difformis terminata utrinque ad non gradum.

15 Si vero linea intensionis sive summitatis fuerit curva aut ex multis lineis composita et non una, tunc qualitas per illam figuram ymaginabilis erit difformiter difformis et potest esse quod terminatur utrinque ad gradum vel utrinque ad non gradum vel ad gradum in uno extremo et ad non gradum in altero.

[I.xiv] Capitulum 14^m de simplici difformitate difformi

Difformis difformitatis de qua nunc agitur duo sunt modi; quedam enim est simplex et alia est composita. Et primo dicendum est de simplici. Est igitur simplex difformitas difformis que designabilis est per figuram cuius

5 linea summitatis sive linea intensionis est una, non composita ex pluribus. Oportet igitur quod sit linea curva; quia si foret recta, iam esset uniformitas simpliciter aut uniformis difformitas, ut patet ex capitulo precedenti. Necesse est etiam quod eius curvitas non attingat ad circuli portionem maiorem semicirculo ita ut angulus super basim sit maior recto, ut patuit ex 4^o (!5^o)

10 capitulo. Potest tamen fieri ut angulus super basim sit minor recto etiam quantumlibet.

Sit igitur, gratia exempli, linea *AB*, cuius qualitas sit designabilis per semicirculum *ACB* [Fig. 10], quod est possibile, ut patet ex 7^o capitulo. Nunc itaque dico quod eadem qualitas lineae *AB* est ymaginabilis seu designabilis per figuram maioris altitudinis ac etiam minoris isto semicirculo etiam

15 quantumlibet. Protrahatur enim linea *CD* perpendicularis super centrum *D*

11 terminatur *tr. P* post gradum | utrinque *B*
utrinque *P* utrobique *VL[EAN]* ad utrumque
F[MG] utrimque [*S*] | ad: ad non
P[A]

12-14 Et...gradum *om. F[M]*

12 non *om. L* | quia: quoniam *L[A]* nam [*E*]

13 linea: linea recta *L*

14 terminata utrinque: utrobique terminata
usque *P[E]* terminata usque *L* terminata
utrobique [*AC*] | utrinque *om. BLF[N]*
utrinque [*G*] utrimque [*S*] utrobique
VP[EAC]

17 difformis: difformis terminata *V* | esse...
terminatur: etiam terminari *L* etiam quod
terminari [*E*] | utrinque^{1,2} *BP[N]* utro-

bique *V[C]* utriusque *F[MA]* utrimque
[*SE*] utrinque [*G*] | utrinque...utrinque
om. L

17-18 vel...gradum³ *om. [M]*

18 altero *E* a^o *B[AN]* alio *FLV[SPMCG]*

I.xiv: BVLPF

1 Capitulum...difformi [*om. MANS*] 14
mg. [SA] | Capitulum 14^m *tr. F* post dif-
formi

2 ago *F[M]* | quedam *bis B* quidem [*A*]

2-3 enim est *tr. P* autem est [*A*]

3 est¹ *om. [C]* | *et om. LP[EG]* | alia: quedam
F[MN] aliaque [*G*] | est² *VLP[ACS]*
om. BF[EMNG]